

## Affiche de thèses.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00013.4

**Auteur(s)** : Hilaire Moulet

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Montauban)

**Imprimeur** : P.Crosilhes

**Période de création** : 2e quart 19e siècle

**Date de création** : 1827

**Description** : Une feuille aux bords déchirés et froissés. Le coin supérieur droit est déchiré. La feuille est trouée en un endroit de la pliure médiane.

**Mesures** : hauteur : 600 mm ; largeur : 460 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de philosophie que doit soutenir Hilaire Moulet, élève du Collège de Montauban, pour le baccalauréat, le 28 août 1827. Les propositions appartiennent à trois des sections classiques de la philosophie: logique, métaphysique, morale. Le texte est encadré d'une frise constituée de motifs grotesques et de rinceaux. En haut, une estampe représentant les armoiries de l'évêque de Montauban, avec la devise "Lilium inter spinas".

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français



ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ECCLESIAE PRINCIPI

Ludovico-Guillermo-Valentino DU BOURG,  
EPISCOPO MONTALBANENSI,

se suasque Theses dedicat

Silaxiua Moulet, Collegii Montalbanensis alumnus

— Disputationem aperient dilectissimi condiscipuli PROSPER CAUSSE, et CLAUDIUS COUTIÉ, à Litteris Baccalauri; sique inchoatâ Thesi, argumentabuntur Adstantes, ad cujusque arbitrium.

I.

Sunt prima Principia, quae ipsam constituent Rationem humanam. His inania fundamentis Philosophia, suas cogniciones modo statuit inconcussa, et ideo defini potest: *Scientia ex primis principiis humanae naturae deducta*. Quae constat partibus, nempe, Logica, Metaphysica, Morali, Mathesi et Physicâ.

II. LOGICA.

Duplex est Logica, altera naturalis, quae non acquiritur, sed à summo Creatore data inest homini; altera artificialis, per regulas certas ad verum dirigens, et priorem aliquando vagam duccens, amici prælucente face. Hujus artem evolvisimus, agendo de Ideâ, Judicio, Ratiocinio et Methodo.

III.

Quidvis mente percipitur vel est substantia vel modus. Quilibet idea in se spectata est necessario simplex; ratione autem objecti rursus est simplex, sed quoque potest esse composita. Sub alio respectu est *adventitia, factitia, abstracta, absoluta, relativa*: Haec ultima idealium species scientiarum progressu plurimum inservit, cum ex una ad aliam ducat ideam, et ita cognitionum seriem et qualis textum efformet. Triplici exprimentur ideam signo, Gestu, Voco et Scriptura, inter quae, ut patet, vox primum locum sibi vindicat. In hoc loco statuimus ad præcipuum verborum significationem adli secundariam, ex styli coloribus et figuris, ex certa vocis sono, et imprænis ex usu communi. Non igitur mirandum est quod plurimae voces in immenso discrepent, quamvis ex præcipuo sensu ideam sonare intelligantur.

IV.

Intus mens conjungit vel separat, sique efformatur Judicium: illud verò diversis stabiliter motibus quorum vim perpendimus. Inexpugnabilem dat certitudinem Evidentia. Sensus intimus est motivum infallibilem iudicandi de his quae aguntur in animâ. Sensuum Relatio certa quoque est, dummodo sit constans, uniformis et cum ratione consentiat.

V.

Nesci autem devenimus ad insignem questionem de hominum testimonio. Dantur signa quibus certè cognosci potest quandonam sit infallibile. Ex illo facta nobis coeva absque errore innoscere possunt. Ex illo etiam facta vel antiquissima ad nos tantò deferuntur, opera suam ministrantibus tum Monumentis publicis, tum Traditione orali, tum imprimis Historiâ. De factis supernaturalibus eadem vi pollet illud testimonium, nam eodem modo probari potest testes nec deceptos nec deceptores esse. Cum igitur talibus fundamentis stet factorum certitudo, rejiciendum est dubium universale circa facta, absurdum illud systema, quod Ratio aversa tuetur.

VI.

Jansen extrâ mentem prolatur vocatur *Propositio*, quae est simplex, composita et complexa; deum affirmans aut negans, veri

Has Theses, Deo duce, auspicio Dei-patris, et Praeside JOANNE-LEONIDA THEYS, Philosophiae Professore, tueri conabitur HILARIUS MOULET, in Collegio Montalbanensi, die vigesima octavo mensis Augusti, anno 1827, hora quarta pomeridianâ.

aut falsa; denique universalis, particularis, singularis, etc. De his omnibus hic laetiori modo agere non licet, pra materia copâ.

VII.

Si ex uno vel pluribus judiciis aliud deducatur, fit Ratiocinium. Expressum linguâ interprete vocatur Argumentatio, cujus varias numerantur species, ut Dilemma, Sorites, Inductio, Exemplum, etc., sed præcipue Syllogismus, de quo tradimus octo regulas Veterum, unam verò Recentiorum. Quibus ita statutis, notamus varia vitanda sophismata, per quae error, veri ducto colore, fucum facere conatur.

VIII.

Ad verum inveniendum aliisve demonstrandum requiritur *series et lucidus ordo*, id est, Methodus, quae duplex est, Analytica et Synthetica. Haec et illa magno sunt commoda. Non minus profdesse potest Cartesiani Methodus, quae consistit in dubio ficto de omnibus donec evidentè noscantur firmâ stabilita principiis. Vis annotare opus est hoc dubium non confundendum esse cum effectivo dubio Pyrrhonistarum.

IX. METAPHYSICA.

Ratiocinii armis instructa mens ad majora tendit. Quid autem majus, quid præstantius quam, excusso quasi terrae pulvere, sublimè ferri, Dei existentiam et attributa meditatione complecti, et dein suo ipsius animae naturam et dignitatem sedulo indagare? Jam verò hæc agit Metaphysica, de Deo disserens in Theologicâ, et de mente humanâ in Psychologicâ.

X.

EXISTIT DEUS. In hujus primariâ Veritatis argumentum elocet in orbe pulcherrimus ordo; materia motus supremum probat Motorem; formatio corporis nostri, cogitandi facultas, miris corpus inter et animam conjunctio divinitus sibi representat auctorem. Inter hæc, datur unanimis populorum consensus Deum existere referens; insuper Lex naturalis, in unoquoque nostrum exarata, Legislatorem nunciat; et conscientia stimuli sceleris Ulterorem indicant. Denique omnia entia quae nos circumdant, has attollunt voces: Nos contingentia somus; existit igitur Ens necessarium et aeternum, quo creatante, ipsa existimus.

XI.

APERTISSIMÆ veritatis quid opponit Atheus? Absurda systemata, conatu magno, inutili tamen. Etenim effulget Ratio, et vanescit Systema Epicuri, ex atomorum fortuito concursu efformantis hunc terrarum orbem, tam mirando constantique conspiciendum ordinem; vanescunt simul somnia Academicorum, excogitantium aeternum orbem, qui tot refert novitatis signa. Refelluntur sophismata Immaterialistarum, qui negant existere corpora, et admittunt spiritus solos, et aeternos quidem, indignante Ratione sic initium habentia aeterna dici. Deumque convincitur Pytheus, qui assertit unam existere substantiam, diem contra multiplex est, ut evidentè probatur. Sic patefactâ Atheismi absurditate, tandem ostenditur quot fœti sit malis illa execranda opinio.

XII.

JAM verò nos vocant divina Attributa. Dei unitas invictis comprobatur argumentis. Absurda itaque sunt duo Manichæorum principia; cum illis nullomodo boni et mali permixtionem evolvere possunt; et præterea malum cujuscumque generis existere potest sub ente unico summè bono. Deus hominum actiones liberas prævidet: hic quidquid opponatur, semper inconcussus manet Deus futura nosse, nec minis certum est nos in ultimo corde et scire, et sentire, et demonstratum habere nos esse liberos. Est Deus omnipotens, summè intelligens, summè sapiens, summè justus. Omnibus providentiâ suâ invigilat.

XIII.

PRÆNOTATI agit de mente humanâ. Eam statuit esse immaterialem, quod invictè probat ex cogitandi facilitate, ex variis sensationibus, ex proprietatibus materiae, ex absurdis quae defluunt sententiâ Materialistarum. Itaque mens in se est immortalis, cum enim sit simplex, nullum in se habet dissolutionis principium; sed quoque extrinsecus est immortalis, nam à Deo justo servatur caduco superstes corpori, quod ubi suo pulveri redditur, Anima ad vitam futuram pergit, ut virtutis premium vel sceleris poenam accipiat; idque probamus ex oppositâ in terris probi et improbi sorte, ex utriusque diversis votis, ex summâ Dei sapientiâ et sanctitate.

XIV. MORALIS.

SCIENTIA MORALIS, actus humanos ad honestatem dirigens, triplex officiorum genus nobis exponit. Deo in omnia supremum habenti Dominium, Creatori Benefactorique nostro debetur Cultus internus et externus, quem præscribit ipsa natura Alius est cultus qui dicitur supernaturalis seu Religio Christiana. Ille demonstratur possibilitas Revelationis divinae, illiusque existentia. Simul evidentè ostenditur quàm illâ indigerent homines, cupiditatibus obcecati.

XV.

HOMO natus est ad Societatem, ad illamque à Deo destinatus est: hæc prolatur propositio ex hominis necessitatibus et naturâ, ex ejus propensionibus quae illum ad societatem impellunt, ex ipsius facultatibus, à Domino datis, quae inutilis jacerent sine societate. Fuit igitur systema J. J. Rousseau contententis homines à naturâ destinatos esse, ut belluarum instar, in sylvis, in agris, segregem agerent vitam. Fuit pariter Hobbi systema, dicentis homines natos esse ut viverent in statu belli omnium contra omnes. Postremò traduntur hominis officia ergâ societatem, cujus Principi legitimo debetur amor et obsequium.

XVI.

ORVICIS quoque astringitur homo ergâ se ipsum: quae spectant tum ad animam, tum ad corpus. In duplicem Societatis pestem insurgit moralis, has statuens propositiones: nulli est licitum se ipsum propriâ voluntate interficere; illicita sunt singularia certamina seu duella; quae autem sic vetat, ex Dei juribus et lege, ex commodo societatis prohibita demonstrat.

Videm Tolosa die 23 Augusti, anno 1827.  
HILARIUS MOULET, Rector, S. A. LABROUY.

MONTALBANI,  
APUD P. GROSSEILLES, D. D. EPISCOPI TYPOGRAPHUM, 1827.